

*Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos A lum acceptabilem, sectatorem bonorum operum (Tit. 11, 12), cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

## OPUSCULUM QUARTUM.

### DE VITA S. WILLIBRORDI TRAJECTENSIS EPISCOPI

#### LIBRI DUO.

##### 183 PROLOGUS.

nino eximio, venerabili atque laudabili Beorn-  
archiepiscopo, humilis levita Alcuinus salu-

atis ad nos vestræ excellentiæ litteris in qui-  
astrum agnoscens in Domino studium, et diu-  
n in lege ejus meditationem, magno me gau-  
ectum esse fatcor : sed tamen longe imparē  
titioni vestræ consideravi, ut pote nullo præ-  
ræ munere eloquentiæ suffultus ad implendum  
jussistis [*Mab.*, quod jussisti] : ac nisi me  
is urgeret, quæ nulla [*Id.*, nulli] negare so-  
n auderem ultra meæ paupertatis [*Id.*, par-  
] vires negotium attingere. Tamen vestris  
ibus divina donante gratia, et sanctissimo  
Willibrordo intercedente, cujus me vitam,  
et miracula scribere sic studiose rogas [*Id.*,  
dio rogasti], tuis parui, Pater sancte, præ-  
et duos digessi libellos, unum prosaico ser-  
radientem, qui publice fratribus in ecclesia,  
um tuæ videatur sapientiæ, legi potuisset :

*oratio.* Aliis Beornredo, Bernerado. Hunc in  
abbatum Esternacensium tertio loco, post  
ordum scilicet et Albertum, numerant Joan-  
rtelius ejusdem loci abbas, et Gabriel Buceli-  
tumque Senonensium archiepiscopum fuisse  
at. Fuerit proinde is ipse qui a Sancta-Mar-  
vocatur Berardus, et an. 795 dicitur deces-  
tametsi Beornradi obitum anno 796 Bertelius

cellula quadam maritima. Duæ cellæ fuere  
næ quibus Alcuinus præfuit; altera sita est in  
torius mari Oceano et Humbri fluvio proximis,

B alteram Pierio pede currentem, qui in secreto cubili  
inter scholasticos tuos tantummodo ruminari de-  
buisset. Uterque tamen, propter occupationes diur-  
nas, furtivis noctium lucubratiunculis dictatus est,  
et eo magis vestræ indigent defensionis, quo minus  
ab auctore proprio expoliti sunt. Meum [*Id.*, meum  
vero] fuit, præcipientis non spernere auctoritatem :  
tum est obedientis defendere imperitiam. Unam  
quoque priori libello superaddidi homiliam, quæ uti-  
nam digna esset tuo venerando ore populo prædi-  
cari. Item secundo adjeci sermoni elegiacum car-  
men [*Id.*, sermonem elegiaco carmine] de viro ve-  
nerabili Wilgiso, patre scilicet sanctissimi pontificis  
Willibrordi, cujus corpus requiescit <sup>b</sup> in cellula  
quadam maritima, cui ego, indignus licet, legitima,  
C Deo donante, successione deservio. Sed et omnia  
quæ vel prosa gradiente, vel versu corrente dictavi,  
tuæ sanctitatis spectant judicium, utrum digna me-  
morariæ, an pumice radenda feroci [*Id. addit* : sint] :  
nec nisi tuo roborata examine, procedent in publi-  
cum.

et quidem in provincia Northumbrana, ergo in Ebo-  
raceusi ducatu hodierno. Ibi sepultus fuit sanctus  
Wilgisis pater sancti Willibrordi, ut dicitur cap. 1  
sequenti. Altera sancti Jodoci appellatur, et sita est  
in Morinis ad littus Oceani Gallici longe a priori re-  
mota; quæ alio nomine Wicus appellatur, hodie  
vero *Saint-Josse-sur-Mer*. Vide epist. 39, 96 et 115.  
De priori cella Alcuinum hic loqui observat Mabillonius  
contra Sancta-Marthanos. Hæc fortassis prima  
fuit, quam Alcuinus per legitimam successionem gu-  
bernandam accepit, ut ipse loquitur hic et infra cap.  
D 1 Vitæ, et in epist. 226.

#### LIBER PRIMUS.

##### INCIPIUNT CAPITULA.

E. Wilgisis monasticam primo, postea solita-  
tam amplectitur. Miraculis claret. Ecclesiam  
tionibus regum et optimatum construit. Al-  
cæ legitima hæreditate successor. — Fuit in  
in insula, provincia Nordanhumbrana, qui-  
terfamilias genere Saxo et nomine Wilgis,  
am in Christo cum conjugē et omni domo  
ut post signis patefactum est, agens vitam.  
lecto habitu 184 sæculari, monachicam con-

versationem elegit, ac non multo post, crescente in  
eo fervore vite spiritualis, arctiori animi studio so-  
litaria seipsum mancipavit districtione [*Mab.*, soli-  
tariæ districtioni] in promontoriis quæ mari Oceano  
et Humbri flumine cinguntur. Ibi etiam multo tem-  
pore in quodam parvo oratorio, sancti Andreæ apo-  
stoli Christi nomine dicato, in jejuniis et orationibus  
atque vigiliis Deo serviens, etiam miraculorum signis  
claruit [*Mab.*, ita ut... clareret], et nomen ejus co-

lebre factum est. Nec confluentes cessabat ad se tur-  
bas suavissima verbi Dei admonitione cohortari. Sed  
et illius gentis regi et optimatibus honorabilis ef-  
fectus est, in tantum, ut ei aliquas terrarum pos-  
sessiunculas, illis promontoriis adjacentes, ad ædi-  
ficandam Deo ecclesiam, dono perpetuo contulerint;  
in qua pius pater modicam quidem, sed honestam  
Deo servientium adunavit congregationem, in qua  
et post multiplices sancti laboris agones, a Deo coro-  
natus corpore requiescit, et posteri ejus usque hodie  
ex sanctitatis ejus traditione possident. Quorum ego  
meritis et ordine extremus, eandem cellulam per  
successiones legitimas suscepi gubernandam, qui  
hanc historiam sanctissimi Patris et summi sacer-  
dotis Willibrordi, te jubente, beatissime pontifex  
Beornrade, conscripsi: qui tanto Patri, et summi  
sacerdotii dignitate, et generis posteritate, et san-  
ctorum locorum observatione quæ ab eo in Dei ho-  
norem constructa esse noscuntur, secundum datam  
tibi a Deo gratiam, hæres dignissimus exstitisti.

CAP. II. S. Willibrordi mira conceptio. Visio matris  
ejus. Visionis interpretatio. — Et ut ejusdem sancti  
patris Willibrordi altius nativitatis originem, et mox  
in utero matris divinæ electionis repetam præsentia,  
revertar unde egressus sum. Nam sicut sanctissimus  
præcursor Domini nostri Jesu Christi beatus Joannes  
Baptista, ex utero matris Deo sanctificatus, religiosus  
parentibus, ut evangelica narrat historia (*Luc. 1*),  
Christum ceu solem præcedens lucifer, multis in  
salutem profuturus, natus est: ita et sanctus Willi-  
brordus in plurimorum genitus salutem [*Mab.*, in  
plurimarum gentium salutem], religiosus parentibus  
natus esse dignoscitur. Nam vir venerabilis Wilgis,  
de quo nobis paulo ante sermo fuit, ad hoc tantum,  
Deo prædestinante, matrimonio junctus est, ut talis  
ad profectum multorum populorum ex eo ederetur  
proles. Igitur uxor ejus, mater scilicet beati Willi-  
brordi patris, intempesta noctis quiete, cœleste in  
somnia vidit orama (*βραμα*, id est visum). Visum est  
ei quasi novam in cœlo videret lunam, crescente  
illa, usque dum plena videbatur esse. Quam diligen-  
tius intuens, repente cursu lapsa ruit in os ejus.  
Qua devorata, ejus intima splendore perfusa sunt.  
Evigilans vero, timore perterrita, cuidam hoc reli-  
gioso presbytero retulit somnium; illoque interro-  
gante si ea nocte qua ei visio facta est, suo more  
solito jungeretur viro, acceptaque ab ea ejus rei  
confessione, ita respondit: Luna, quam ex modica  
vidisti in magnam [*Mab.*, ex modico... in magnum]  
crevisse, filius est quem in ea nocte concepisti: qui  
luce veritatis caliginosos tenebrarum errores discu-  
tiet, et quocumque perrexerit, comitante superni lu-

<sup>a</sup> Ripensis [*Al.*, *Hripensis*] ecclesie fratribus. Hoc  
monasterium ab Alfrido Northanhumbrore rege  
conditum fuisse anno 651, docet Mabill. sæc. II Ben-  
ned., in Vita sancti Cuthberti, ad cap. 7.

<sup>b</sup> Episcopi Egberti. Hunc episcopum vel archiepi-  
scopum fuisse subdubitat Mabill. sæc. III Ben. part.  
I, in ejus Elogio num. 6, pag. 490, ob silentium  
Ven. Bedæ, qui illum nusquam antistitem vel epi-

A minis splendore, plenum suæ perfectionis ostendit  
globum: coruscanteque rumoris ejus candore et  
morum pulchritudine, multorum in se alliciet aspe-  
ctum. Hujus ergo somnii interpretationem rerum  
veritas subsequuta est.

CAP. III. Nativitas et baptismus sancti Willibrordi.  
Fit clericus et monachus. — Factum est post circu-  
lum dierum, et mulier peperit filium, sacroque fonte  
baptismatis regenerato imposuit ei mater nomen Willi-  
brord, et statim ablactatum infantulum tradidit eum  
pater<sup>a</sup> Ripensis ecclesie fratribus, religiosus studiis et  
sacris litteris erudiendum: ut fragilior ætas validiori-  
bus invalesceret disciplinis, ubi nihil videret nisi  
honestam, nihil audiret nisi sanctam. Quem divina mox  
gratia ab ineunte pueritia et sensu proficere, et mo-  
ribus pollere, quantum ad tales congruit annos, con-  
cessit: ita ut nostris temporibus novum Samuel na-  
sci putares, de quo dictum est: *Puer autem Samuel  
proficiebat atque crescebat, et placebat tam Deo quam  
hominibus* (*I Reg. 11, 26*). Ibi in prædicto mona-  
sterio multis profuturus puer, clericatus accepit ton-  
suram, et pia professione monachum se fecit esse, et  
inter cæteros ejusdem sanctissimi monasterii ado-  
lescentes enutritus est; sed nulli alacritate minor,  
nulli humilitatis officio secundus, nulli lectionis  
studio inferior: sed sic quotidie bonæ indolis puer  
proficiebat, ut teneros pueritiæ annos morum gravi-  
tate transcenderet: factusque est grandævus sensu  
qui corpusculo modicus fuit et fragilis.

CAP. IV. In Hiberniam proficiscitur. — Igitur in  
sacris eruditionibus, et in omni sobrietate, morum-  
que honestate, beatissimo usque ad vicesimum æta-  
tis suæ annum adolescente proficiente, arctioris  
vitæ ardore succensus est, et peregrinationis amore  
instigatus. Et quia in Hibernia scholasticam erudi-  
tionem viginisse audivit, etiam quorundam sanctorum  
virorum, fama narrante, conversatione incita-  
tus, et præcipue beatissimi Patris et episcopi Egberti<sup>b</sup>  
[*Mab.*, Ecberti], qui cognomento Sanctus vocaba-  
tur; nec non et Wicberti venerabilis viri et sacer-  
dotis Dei, quorum uterque ob cœlestis patriæ amo-  
rem, domo, patria, cognationeque relicta, Hiberniam  
cessit, ibique dulcissimos supernæ contemplationis  
fructus, sæculo nudus, Deo plenus, solitaria quotidie  
hauriebat conversatione. Horum beatus adolescens  
æmulari cupiens religionem, cum conniventia sui  
abbatis et fratrum, in Hiberniam veloci cursu con-  
scendit [*Mab.*, contendit], prædictorum Patrum se  
familiaritati conjungens; quatenus, ceu prudentis-  
sima apis, ex eorum propinquitate mellifluos pietatis  
carperet flores; et in sui pectoris alveario dulcissi-  
mos virtutum favos construeret; ibique duodecim

scopum, sed tantum sacerdotem nominat. Hinc non  
audiendus pseudo-Marcellinus in S. Suidberti actis  
fabulosus, qui Egbertum Eboracensem archiepis-  
copum dicit, confundens eum videlicet cum *Egberto*  
illius sedis antistite, qui post hujus Egberti obitum  
anno tertio in locum Wilfridi junioris Eboracensis  
archiepiscopi successit.

annis, inter eximios simul piæ religionis et sacræ A  
lectionis magistros, futurus multorum populorum  
prædicator erudiebatur, donec occurreret in virum  
perfectum et in ætatem plenitudinis Christi.

CAP. V. *Fervet desiderio paganos convertendi.* —  
Tricesimo itaque et tertio ætatis suæ anno, major  
egregio viro fidei flamma crescebat in pectore, ita  
ut parum ei videretur sibi soli tantummodo in reli-  
gionis sanctitate sudasse, si non et aliis quoque in  
prædicationis veritate proflessset. Audivit [Mab., Audiens  
itaque] in borealibus mundi partibus messem  
quidem multam esse, sed operarios paucos. Sed ut  
somnia, Deo dispensante, impleretur veritas, quod  
mater olim de eo se vilisse testatur [Mab., testaba-  
tur], suæ conscius voluntatis, licet adhuc divinæ  
dispensationis ignarus, illas in partes navigare cogi-  
tavit, et clarissima evangelicæ prædicationis luce,  
torpentes longa infidelitate populos, si Dei esset  
voluntas, illustrare. Assumptisque secum duodecim  
[Mab., undecim] fratribus, eo fidei fervore armatis,  
quo et ipse, navim conscendit : quorum aliqui postea,  
ob prædicationis evangelicæ instantiam, martyrio  
coronati sunt; aliqui vero episcopatus ordi-  
nem accipientes, post sanctæ prædicationis labores,  
in pace quieverunt.

CAP. VI. *Cum duodecim sociis Trajectum venit.*  
*Inde abiens Franciam petit, et a Pippino honorifice*  
*excipitur. Suasus Pippini Romam petit in episcopum*  
*ordinandus.* — Igitur vir Dei cum sociis, sicut præ-  
diximus, Fresiam navigavit \*, donec prospero cursu  
ad ostia Rheni fluminis vela deposuit; ibique optata  
telluris statione refocillati sunt, et mox ad castellum  
Trajectum, quod in ipsa fluminis ripa situm est,  
pervenerunt; in quo etiam post aliquod tempus,  
Deo donante, et verbo fidei crescente, idem sanctus  
Willibrordus sedem episcopatus sui habuit. Sed  
quia eadem gens Frisonum, in quo idem ædificatum  
est castellum, cum rege suo Radbodo paganus adhuc  
ritibus sorduit [Mab., sordebat], visum est viro Dei  
Franciam contendere, ac duces illorum, adire Pip-  
pinum, virum strenuum, triumphis clarum et moribus  
probum : qui eum cum omni honore suscipiens, sed nolens  
tanto doctore se vel suam privare gentem, loca ei  
opportuna intra terminos regni sui prævidit, quo  
potuisset idololatriæ spinas extirpare, et purissima  
verbi Dei semina per munda novalia abundantius  
spargere, ut impleret 186 propheti-  
cum præceptum : *Novate vobis novalia, et nolite*

\* *Fresiam navigavit.* Anno ætatis suæ 33, ut paulo  
ante narravit Alcuinus, anno vero Incarn. 690, prout  
cum omnibus aliis testatur Joan. de Beka canon.  
Traject. in Chronico, imo ipsemet S. Willibrordus  
verbis, in vetusto Calendario, quod in monasterio  
Epternacensi servatur, ad marginem ab ipsomet, ut  
videtur, viro sancto ascriptis : *In nomine Domini*  
*Clemens Willibrordus anno 690 ab Incarnatione Christi*  
*veniebat ultra mare in Franciam, etc.* Vid. Cal-  
met. Hist. de Lorraine, tom. III, Listes Chronolog.  
pag. 99.

<sup>b</sup> *Romam directus est.* Ven. Beda libr. v, cap. 12,  
duo S. Willibrordi Romana itinera distinguit; unum

*serere super spinas (Jerem. iv, 3).* Cumque studio-  
sissime vir Dei per loca singula discurrendo, opta-  
tum evangelizandi opus exercuisset, et semina vitæ,  
supernæ gratiæ rore irrigante, longe lateque in  
agris multorum cordium ad ejus prædicationem  
uberrime pullulassent, congaudens prædictus Fran-  
corum dux ejus sanctissimæ devotioni [Mab., ejus  
sanctissima devotione], et verbi Dei clarissimæ mul-  
tiplicationi, majoris profectus occasione, prudenti  
cogitabat consilio eum Romam mittere, ut a domno  
apostolico Sergio, viro sanctissimo tunc temporis,  
in summi sacerdoti honorem ordinaretur : quatenus  
apostolica benedictione et jussione suscepta, majori  
ab eo missus fiducia roboratus, in opus Evangelii  
reverteretur, juxta apostolicum illud : *Quomodo*  
*prædicabunt nisi mittantur (Rom. x, 15)?* Quod cum  
viro Dei persuadere tentaret, renuit primum, nec se  
tantæ auctoritatis honore dignum esse referebat :  
enumeratisque apostolicæ sanctionis præceptis,  
longe se inferiorem huic virtutum catalogo asser-  
bat, quem egregius mundi prædicator, filium suum  
Timotheum erudiens, oportere episcopum habere  
censuit (I Tim. iii). Dux vero contra religiose suasit,  
quod vir Dei verecunde negavit. Tandem omnium  
unanimitate victus, et quod majus est, Dei dispen-  
satione coactus, consensus; magis volens plurimo-  
rum humiliter obedire consilio, quam suam perti-  
naciter defendere voluntatem. Et sic cum honorifica  
legatione, et muneribus, auctoritati apostolicæ con-  
dignis, Romam directus est <sup>b</sup>.

CAP. VII. *Visio angelica. Ordinatur archiepiscopus*  
*et Clemens appellatur.* — Sed die quarta, priusquam  
illo veniret, beatissimus apostolicus angelica in  
somnia responsione admonitus est, ut illum cum  
summo honore susciperet [Mab., suscepisset], et  
quod multarum animarum esset illuminator futurus,  
a Deoque electus, et ad hoc venisset, ut summi ab eo  
sacerdotii honorem susciperet [Mab., suscepisset];  
nihilque ei negandum esse, quidquid petisset. Qua  
factus apostolicus admonitione certus, cum magno  
gaudio et summo eum suscepit honore : et ut in eo  
fidei agnovit fervorem, religionis devotionem, sapientie  
plenitudinem, die competenti populo ad-  
veniente, advocatis venerabilibus ad societatem mi-  
nisterii sacerdotibus, publice in ecclesia beatissimi  
Petri <sup>c</sup> principis apostolorum cum magna dignitate,  
more apostolico, eum ordinavit archiepiscopum; ac  
ordinato nomen imposuit Clemens, vestimentisque

*primis temporibus adventus illius in Frisiam, quando*  
*a Sergio papa licentiam et benedictionem evangeli-  
zandi gentibus, simul et reliquias ecclesiarum ded-  
icationi adhibendas accepit, anno Incarn. 692, uti*  
*probat Mabill. hoc loco inter notas; alterum, post-*  
*quam per annos aliquot in Frisia populum docuit;*  
*Romam a Pippino missus, ut ibi ab eodem Sergio*  
*papa Frisonum genti archiepiscopus ordinaretur,*  
*quod factum esse Beda asserit anno 696.*

<sup>c</sup> *In ecclesia beati Petri.* Ven. Beda tamen l. cit.  
sanctum Willibrordum ordinatum esse ait in ecclesia  
sanctæ martyris Cæciliæ die natalis ejus.

suis sacerdotalibus induit eum, et sancto, quasi superhumerali Aaron, pallio dignitatis, et indumenti confirmavit gloria [Mab., indumento gloriæ]; et quidquid voluit vel potuit [Mab., petivit], aut in patrocinii sanctorum, aut in rebus ecclesiasticis, cum tota mentis alacritate tradidit illi, firmatumque benedictione, donis ditatum, cum salutaribus præceptis iterum eum in opus Evangelii remisit.

CAP. VIII. *In Franciam rediit et cum plurimo fructu in opus Evangelii incumbit.* — Accepta ergo apostolicæ auctoritatis benedictione, cum majori fiducia devotus verbi Dei prædicator, ad præfatum Francorum ducem regressus est. Qui cum cum summa honoris magnificentia receptum, cum suæ potestatis jussione in opus Evangelii direxit: maxime tamen in borealibus regni sui partibus, quo eatenus ob raritatem doctorum vel duritiam habitatorum fidei flamma minus relucebat. Eo vir Dei instantius illis in regionibus semina vitæ sparserat, quo plus necessarium, antiquam ignorantæ famem depellere, perspexerat. Qualem, divina gratia adjuvante, illis incolis fructum fecisset, testes sunt usque hodie populi per civitates, vicos et castella, quos ad veritatis agnitionem, et ad unius omnipotentis Dei cultum pia admonitione perduxerat. Testes quoque Ecclesiæ, quas per loca singula construxerat; testes et Deo famulantium congregationes, quas aliquibus adunavit [Mab., congregavit] in locis.

187 CAP. IX. *Christum prædicat in Frisia. Item in Dania; inde triginta pueros in Franciam ducit.* — Tentavit quoque idem vir Dei ultra Francorum regni fines celestis doctrinæ flumina derivare. Nam tunc temporis regem Frisonum Radbodum cum gente sua paganam non timuit adire, et quocumque perrexerat, verbum Dei cum omni fiducia loquebatur. Sed præfatus Frisonum rex, licet virum Dei humilitatis gratia benigne susciperet, nullis tamen vitæ fomentis saxeum ejus cor emolliri potuit. Cum ergo apud eum vir Dei fructificare se non posse sentiret <sup>a</sup> [Mab., agnovit], ad ferocissimos Danorum populos iter evangelizandi convertit. Ibi tum, ut fertur, regnabat Ungendus <sup>b</sup> [Surius, Ongendus] homo omni fera crudelior et omni lapide durior: qui tamen, jubente Deo, veritatis præconem honorifice tractabat. Quem dum obduratum moribus, et idololatriæ deditum, et nullam melioris vitæ spem habentem offendit; acceptis tunc triginta ejusdem patriæ pueris, ad electos a Deo populos regni Francorum reverti festinavit. Sed in eo ipso itinere catechizatos eosdem pueros vitæ fonte [Mab., pueros fonte salubri] abluit, ne aliquod propter pericula longissimi

<sup>a</sup> *Sentiret.* Compendiensi codex, ut testatur Mabillonius, hoc loco ista inserit: «Erat enim tunc in ejus comitatu venerabilis vita et nomine dignus Vulframnus, qui venerat a Senonum civitate pontifex eodem desiderio fervens amore, scilicet ut aliquas Domino lucraret animas.» Vide vitam S. Vulframni ad annum 720, Act. SS. Ord. Ben. sæc. III, part. I, pag. 355, etc.

<sup>b</sup> *Ungendus.* Hic rex Danis ipsis notus non est, nec illius meminit Ericus Daniæ rex in historia gentis

A navigii [Mab., longioris viæ], vel ex insidiis ferocissimorum terræ illius habitatorum damnum patretur in illis, volens antiqui hostis prævenire astutias, et Domini sacramentis animas munire acquiratas.

CAP. X. *Barbaræ gentis superstitionem contemnit. Unus sociorum suorum perimitur, martyr effectus. Regi Christum magna fiducia adnuntiat. A rege ad Pippinum remittitur.* — Et dum pius [Mab., cum ergo pius, etc.] verbi Dei prædicator iter agebat, pervenit in confinio Frisonum et Danorum ad quamdam insulam, quæ a quodam deo suo Fosite, ab accolis terræ Fositesland <sup>c</sup> dicebatur: quia in ea ejusdem Dei fana fuere constructa. Qui locus a paganis in tanta veneratione habebatur, ut nihil in ea vel animalium ibi pascentium, vel aliarum quarumlibet rerum, quisquam gentilium tangere auderet; nec etiam a fonte, qui ibi ebulliebat, aquam haurire, nisi tacens, præsumeret. Quo cum vir Dei tempestate jactatus est, mansit ibidem aliquot dies, quousque sepositis tempestatibus opportunum navigandi tempus adveniret. Sed parvipendens stultam loci illius religionem, vel ferocissimum regis animum, qui violatores sacrorum illius atrocissima morte damnare solebat, tres homines in eo fonte cum invocatione sanctæ Trinitatis baptizavit: sed et animalia in ea terra pascentia, in cibaria suis mactare præcepit. Quod pagani intuentes, arbitrabantur eos vel in furorem verti, vel etiam veloci morte perire. Quos cum nihil mali cernebant pati, furore perciti, regi tum [Mab., tamen] Radbodo, quod viderant factum, retulerunt. (Apud Mab. cap. 11.) Qui nimio furore succensus, in sacerdotem Dei vivi, suorum injurias deorum ulcisci cogitabat: et per dies [Mab., per tres dies] semper tribus vicibus, suo more, mittebat sortes, et nunquam damnatorum sors, Deo vero defendente suos, super servum Dei vel aliquem ex suis cadere potuit: nec nisi unus tantum ex sociis sorte monstratus, et martyrio coronatus est. Vocabatur vero vir sanctus ad regem, et multum ab eo est increpatus, quare sua sacra violasset, et injuriam Deo suo fecisset. Cui præco veritatis constanti animo respondit: «Non est Deus, quem colis, sed diabolus, qui te pessimo errore deceptum habet, o rex, [d ut animam tuam æternis tradat flammis]. Non est enim Deus, nisi unus, qui creavit cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt; quem qui vera fide colit, vitam habebit sempiternam; cujus ego servus, hodie tibi testificor, ut ab antiqui erroris vanitate quam coluerunt patres tui, tandem aliquando resi-

D Danorum a se conscripta. MABILL.

<sup>c</sup> *Fositesland.* Adamus Bremensis libr. IV Hist. Fositeslandiam eandem esse ait cum *Farria insula, quæ in ostio fluminis Albiæ longo recessu latet, etc. et sita est in confinio Danorum et Fresonum.* Eadem insula ab archiepiscopo habitabilis facta dicitur, et monasterio Heiloensi illustrata. MABILL.

<sup>d</sup> Quæ hic et infra uncinis inclusa sunt, desunt in Mab.

pietas, et credens in unum Deum omnipotentem [Dominum nostrum Jesum Christum], et vitæ fonte baptizatus, ablus omnia peccata tua, et projecta omni iniquitate et injustitia, deinceps novus homo vivas in omni sobrietate, justitia et sanctitate. **hoc 188** faciens, cum Deo et sanctis ejus gloriam [Mab., vitam] possidebis sempiternam. Si vero me contemnis viam salutis tibi ostendentem, scito certissime quod æterna supplicia et infernales flammæ tu cum diabolo, cui obtemperas, sustinebis. » Ad hæc rex miratus respondit : « Video te mihas nostras non metuisse, et verba tua esse, sicut et opera. » Etsi autem nollet veritatis prædicatori credere, tamen ad Pippinum ducem Francorum eum cum honore remisit.

**CAP. XI [Mab. xii].** *In Francia Evangelium ardentius prædicat. Ex oblatiis donis ecclesias, ubique ordinatis presbyteris, ædificat.* — Qui in ejus lætatus adventu rogavit eum destinato verbi Dei operi insistere, eradicatisque idololatriæ spinis, verbum Dei instanter per loca singula serere. Quod etiam pius prædicator haud segniter implere satagebat, circumiens omnes illius terræ regiones, per urbes, vicos, castella, ubi prius evangelizaverat [Mab., evangelizabat], exhortans omnes quatenus bono animi proposito in veræ fidei permanerent firmitate. Et dum per singulos dies numerus crescebat fidelium, et major credentium turba ad verbi Dei agnitionem confluebat, cæperunt plurimi, fidei fervore incitati, patrimonia sua viro Dei offerre. Quibus ille acceptis, mox ecclesias in eis ædificare jussit, statuitque per eas singulos presbyteros, et verbi Dei sibi cooperatores, quatenus novus Dei populus haberet, quo se diebus festis congregaret, vel salutes audiret admonitiones, vel a quibus sacri baptismatis munera acciperet, et Christianæ religionis litteras [Surius et Mabill., regulas] edisceret. Et ita vir Dei magis ac magis de die in diem, divina donante gratia, proficiebat.

**CAP. XII [Mab. xiii].** *Carolus Martellus multas gentes devicit. S. Willibrordus fit episcopus Trajectensis.* — Contigit autem Pippinum, ducem Francorum, diem obire, et filium ejus Carolum regno patris potiri; qui multas gentes sceptris adjecit Francorum: inter quas etiam cum triumphi gloria Frisiam, devicto Radbodo, paterno superaddidit imperio. In qua tunc gente sanctus Willibrordus positus est prædicator, sedique episcopali in Trajecto castello delegatus est <sup>a</sup>. Qui majori evangelizandi occasione accepta, nuper gladio acquisitam gentem sacro baptisate abluere conatus est. Nec quidem in ea vetusti erroris, nec tenebris [Surius, nec tenebras. Mab., vetusti erroris tenebrarum et igno-

<sup>a</sup> In Trajecto castello delegatus est. Bedæ potius accedendum existimat Mabillonius, qui Willibrordum episcopum Trajecto præfectum a Pippino fuisse affirmat libr. v, cap. 12. Lege ipsum Mabill. hic in not.

<sup>b</sup> Ad quamdam villam Walachrum nomine [Mabill., Ad quamdam insulam]. Walacra seu Walacria ex

rantia] ignorantia latere sinebat, sed totam evangelicæ luce sine dilatione perfundebat, ita ut in eo populo subito propheticum illud impleteretur testimonium: *Et erit, in loco, ubi dicitur eis: Non populus vos; dicitur eis: Filii Dei viventis (Osee 1, 10).* Plurima quoque divina virtus fecit per ærvum suum miracula. Licet omni miraculorum operationi et signorum ostensioni ministerium evangelicæ prædicationis præferendum sit; tamen quæ gesta narrantur, ad gloriam donantis Dei non tacenda esse censeo, sed magis stylo alliganda, ne pereant posteris sæculis, quæ priscis temporibus acta esse noscuntur.

**CAP. XIII [Mab. xiv].** *Idolum confringit. Gladio percussus nil læditur. Ultio divina in percussorem.* — Quodam igitur tempore, dum venerabilis vir iter evangelizandi more solito ageret, venit ad quamdam villam Walachrum nomine <sup>b</sup>, in qua antiqui erroris idolum remansit: [ad quod statuto tempore omnis congregabatur populus, illud colens summa veneratione]. Quod cum vir Dei zelo fervens confringere [niteretur, ac nomen delere de sub cælo], præsentem ejusdem idoli custode, nimio furore succensus ille, quasi Dei sui injuriam vindicaret, in impetu animi insanientis, gladio caput sacerdotis Christi percussit: sed Deo defendente ærvum suum, nullam exitu ferientis læsuram sustinuit [Mab., incurrit]. Socii vero illius hoc videntes, pessimam præsumptionem impii hominis [morte] vindicare concurrunt. Sed a viro Dei pio animo de manibus illorum liberatus est reus ac dimissus: qui tamen eodem die dæmoniaco spiritu arreptus est, et die tertia infeliciter miseram vitam finivit. Et quia vir Dei, juxta præceptum Domini, suas injurias ulcisci noluit, citius [tamen] a Domino vindicatus est, juxta illud: *Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit Dominus (Rom. xii, 19).*

**189 CAP. XIV [Mab. xv].** *Quod quidam qui servo Dei maledixerat, die postera perit.* — Alio quoque tempore iter beato viro faciente ad quamdam suæ ditionis cellulam, quæ ex nomine præterfluentis aquæ Suestra <sup>c</sup> dicitur, propter compendium propioris viæ per segetes cujusdam divitis angustam subintravit semitam. Quod earumdem segetum custos cernens, nimio inflatus furore, virum Dei blasphemare cœpit. Quem convicia viro Dei inferentem cum socii, qui cum eo erant, vindicare vellent, miti animo Dei famulus eos compercuit, nolens [Mab., vindicare voluerunt. Quos prohibuit vir Dei, nolens, etc.] aliquem sua causa perire, qui salutem sitiebat omnium. Sed cum [Mab., et dum] insanientis animum nullo modo lenire posset, dans locum iræ ejus, via qua venit, reversus est. Sed die postera idem infelix,

quinque Zelandiæ insulis una, basilicam habet nobilem Esternacensi monasterio subjectam. Browerus libr. xii Annal. Trevir.

<sup>c</sup> Suestra. Susterense monasterium olim monachorum, nunc nobilium canonicarum celebre collegium, in pago Mosano, in ducatu Juliænci, a præterfluente rivo cognominata.

qui famulo Dei convicia dicere [Mab. viro Dei convicia facere] non abhorruit, [multis cernentibus, in eodem loco.] repentina morte periit.

CAP. XV [Mab. xvi.]. *Aquam dulcem e petra elicit.* — Cum vir Deo plenus propter evangelicæ prædicationis instantiam loca circumiret maritima [in eisdem] aquæ dulcis penuriam patiebatur. Quod dum cernebat suos commilitones propter ardorem sitis graviter sustinere, vocato uno ex illis, præcepit ei intra tentorium suum fossam aperire parvam, ubi secreto fixis genibus orabat Deum, ut qui populo suo aquam in deserto produxit de petra (Exod. xvii, Num. xx), servis suis eadem misericordia de arena terra aquam produceret. Qui mox exauditus est, nam subito fons dulcissimi saporis fossam <sup>a</sup> implebat. Quod sui cernentes, gratias agebant [Mab., egerunt] omnipotenti Deo, qui sanctum suum magnificavit, et eum exaudire dignatus est: libebantque usque ad satietatem, secumque ad prædestinati itineris necessitatem, quantum sufficere videbatur, portare curabant.

CAP. XVI [Mab. xvii.]. *Vinum multiplicat.* — Iterum sanctus Dei sacerdos, in quodam loco iter agens, vidit mendicantes inopes duodecim, pariter postulantibus sibi aliquid a prætereuntibus solatii [dari]. Quos, ut erat mitissimus, benigno aspexit animo, unice ex suis mandavit specialem suum flasconem sumere, ac pauperibus miscere [Miscere pro fundere] Christi. Ex quo omnes illi duodecim usque ad satietatem bibebant: et mirum in modum, illis abeuntibus, ex optimo vino flasco, de quo tanti biberant homines, [a ministro] inventus est plenus, ut ante. Hoc comperto, benedicebant omnes Dominum Deum nostrum [Mab., Dominum Jesum], dicentes: Vere impletum est in nobis, quod in Evangelio dicitur: *Date, et dabitur vobis* (Luc. vi, 38).

CAP. XVII [Mab. xviii.]. *Rursus vinum multiplicat.* — Venit quoque vir sanctus ad suum visitandi gratia monasterium, et post orationes ad Deum, et salutationes fratrum, et admonitiones pacificas, circumiens singula fratrum habitacula, si quid in illis emendandum fuisset, pius pastor explorare voluit. Intravit quoque [Mab., tunc accedit, ut intraret] in cellarium, in quo modicum vini reperit in vase [Id., in uno dolio], in quod suum benedictionis gratia cum oratione immisit baculum, et exivit. Sed eadem nocte in eo ipso vasculo vinum crescere cepit, et supereffundi vasis margine [Id., ita ut superfunderet vasis marginem]. Hoc cellarius cernens, insperata abundantia obstupefactus est, nec celare audebat, quod divina misericordia per servi sui benedictionem geri cognoscebat. Crastino mane cucurrit, et ante pedes sancti Patris se prosternens confitebatur quid vidisset. Qui more solito Deo gratias agens,

<sup>a</sup> *Dulcissimi saporis fossam.* « Eadem cisterna, inquit Joan. Beka in Chron. nunc in territorio de Heylingelo patenter ostenditur, quæ ab inquilinis illic habitantibus modico tempore Puteus S. Willibrordi dicitur. » MABILL.

<sup>b</sup> *Modicos flascones.* Apud Mabillonium. *modicas,*

memorque Dominicæ jussionis, discipulis suis præcipientis, ne cui transfigurationis gloriam ante diem resurrectionis suæ dicerent, præcepit eidem cellario, ne cui miraculam, quod viderat [Mab., quod cernebat], ante diem obitus sui ediceret.

CAP. XVIII [Mab. xix.]. *Simile miraculum.* — Sed et aliud huic simile per ejus benedictionem Deus Christus operatus est miraculam. Perveniens servus Dei cum sociis ad domum cujusdam amici sui, et paulisper cupiens in domo dilecti longi laborem itineris refectioe allevare, patremfamilias nihil vini habere comperit. Quatuor ergo modicos flascones <sup>b</sup>, quos tantum in itineris solatium secum ejus socii ferebant, jussit afferri: eosque in ejus nomine benedixit, qui in convivio nuptiali aquas convertit **190** in vinum [Mab., qui in Cana Galileæ aquas in vinum saporem mutavit] (Joan. ii). Et mirum in modum post benedictionem [Id., post benedictionis gratiam] quasi quadraginta viri ex illis lagunculis usque ad satietatem bibebant, et cum magna gratiarum actione sibi lætis invicem animis dicebant: Vere Dominus Jesus hic implevit, quod in Evangelio promisit, dicens: *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet* (Joan. xiv, 12).

CAP. XIX [Mab. xx.]. *Contumeliosus in virum Dei divinitus punitur, pœnitens vero liberatur.* — Perrexit idem sanctus prædicator quodam tempore more solito ob evangelizandi gratiam cum festinatione in Frisiam; et propter laborem in pratibus cujusdam divitis paululum lassos refocillare equos volebat. Quos dives ille in pratibus suis pasci cernens, superbicæ spiritu equos cadere cepit, et e pascuis abigere. Quem vir Dei placidissimis verbis alloquitur, dicens: « Desine nobis [frater] injuriam facere: non enim propter læsionem tui, sed propter necessitatem nostri, ad horam in his pascuis quiescere volumus. Instat nobis opus Dei peragendum, cuius tu quoque mercedem habere poteris, si nos, quantum ad te pertinet, [benigno] adjuveris animo: memor illius Domini nostri Jesu Christi dulcissimæ promissionis: *Qui vos recipit, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit* (Matth. x, 40). Sed magis mente pacifica nobiscum quasi amicus teipsum reficiens, allquantulum bibe, nobisque cepto itinere pergentibus, tu a Deo benedictus, revertere in domum tuam. » Ille autem in malitia pertinax, nolens pacificis viri Dei verbis acquiescere, sed convicia ingeminans, opprobria jaculans: « Tu me, inquit, hortaris bibere, et pacem tecum inire: scito certissime quod tecum bibere pro nihilo habeo. » Rapiensque ex ejus ore verbum hoc vir Dei: « Si non velis, ait, mecum bibere, non bibe. » Et statim paratis sociis, perrexit viam suam. Ille quoque contumax, domum suam festinabat adire, sed totus subito siti ardebat;

genere feminino, quo vox flasco ibidem semper sumitur, an ab ipso Alcuino, an ex incuria scriptoris? Codices certe differunt, prout patet ex hac edit. Quercetani. Vid. hanc vocem in Glossario D. Duncæge.

cupiensque ardentem stomachum vino refrigerare, es, quod viro Dei convicia ingessit, vini potionem recipere non valebat [Mab., noluit]: [et qui pacem cum servo Dei voluntarie noluit], pœnam in seipso necessarie sustinuit. Vocati sunt medici, qui sitim sedarent, aut facultatem ægroto bibendi præstarent. Anhelabant viscera, sed non fuit qui guttam vini fervescenti pulmœni infundere valuisset. Tandem aliquando [Mab., Sero tandem] pœnitentia ductus ille, in seipsum reversus est, et agnoscebat sanctum Willibrordum esse quem offenderat; illiusque, anhelante spiritu, optabat reditum. Qui sequenti anno eadem reversus est via, præcognitoque adventu ejus, obvius ei homo ægrotus venire festinabat [Mab., ægrotus pervenit], culpam confitens suam, et quam patiebatur pœnam aperiens, et pro amore Christi se solvi deprecabatur. Quem vir Dei misericordia motus absolvit, deditque illi cum benedictione de suo bibere calice. Qui mox absolutus bibebat, et sanus in suam reversus est domum.

CAP. XX [Mab. XXI]. *Moniales a peste liberat.* — Est in Treverensi civitate monasterium puellarum <sup>a</sup>, quod temporibus beati Willibrordi episcopi pestis acerrima invasit. Cujus acerbitate multæ ex ancillis Dei moriebantur [Mab., mortuæ sunt]: quædam vero longo infirmitatis dolore jacebant in lectulo: cæteræ vero nimio terrore turbatæ, quasi præsentem mortem metuebant. Et quia prope est prædictæ civitati sancti viri monasterium, quod appellatur Esternaco <sup>b</sup>, in quo usque hodie sanctus ille requiescit corpore, et ejus posteri ex legitima traditione Patris, et piissimorum pietate regum tenere noscuntur: ideo antedicti feminæ monasterii, audientes sanctum virum illuc venire, statim miserunt legationes, postulantes eum non tardare venire. Qui beati Petri principis apostolorum mitissimo doctus exemplo, de Joppe ob viduarum Christi petitionem venientis Lyddam, aut sanctam suscitaret Tabitham (Act. ix), festinus venit, audito desiderio ancillarum Christi, ad illas. [Mab., non piguit venire ad illas] Et veniens, mox 191 in eodem monasterio missa pro infirmis celebrata, aquam benedixit, qua et domos illarum aspergi jussit, et ægrotantibus potandam transmisit. Quæ cito, divina donante misericordia, convalescere, nec ulke in eo monasterio prædicta peste exinde moriebantur.

CAP. XXI [Mab. XXII]. *Malignus spiritus per aquam benedictam a domo pellitur.* — Contigit cuidam patrifamilias et domui suæ dira demoniacæ illusionis tentatio, ita ut aperte malignus in ejus domo spiritus ex horrore et maleficiis habitare agnosceretur. Nam subito cibos, vel vestimenta, vel alia domui

<sup>a</sup> Monasterium puellarum. Browerus hunc locum de monasterio Horreensi, in ipsa urbe Treverensi sito, interpretatur *Annal. Trevir. libr. vii. Subdubital Mahillonius an non intelligendum sit de Palatiolo monasterio olim virginum, nunc collegiata. At vero Palatiolum (Hodie Pfaltzel) una hora ab urbe ad sinistrum Moselle litus, non in ipsa civitate situm est, ut testatur illustr. D. de Hontheim Hist.*

A necessaria rapere solebat, et in ignem mittere. [Mab. mittebat]. Quin etiam parvulum, inter amplexus parentum pausantem, illis dormientibus, tulit et in ignem projecit. Sed vagitu infantis parentes excitati [Mab. suscitati], vix parvulum de incendio eruerunt, et multa atrociam eadem familia a nefando spiritu perpessa est: nec a quolibet presbyterorum expelli [Mab., depelli] potuit, donec vir sanctus Willibrordus, a patrefamilias postulatus, aquam illis benedictam direxit, præcipiens omnem domum illius supellectilem foras efferre, et aqua illa aspergi, prævidens in spiritu domum flammis consumendam esse. Quibus ita gestis, vacuum domum a loco lectuli ignis invasit, totamque consumpsit. Altera vero in eo loco cum sanctificatione aquæ benedictæ ædificata, nihil exinde pristinae tentationis passi sunt in ea: sed cum omni tranquillitate et quiete degentes, et Domino gratias agentes erant, qui illos per servum suum redimere dignatus est.

CAP. XXII [Mab. XXIII]. *Pippinum baptizat, et illius futuram sublimitatem prædicit.* — Item quoque vir Deo amabilis quædam prophético prædixerat spiritu, quæ post rerum eventus vera probavit. Baptizavit enim Pippinum filium Francorum fortissimi ducis Caroli, patrem hujus nobilissimi Caroli, qui modo cum triumphis maximis et omni dignitate gloriosissime Francorum regit imperium. De quo Pippino Patre ejus idem sanctus vir præsauga voce coram discipulis suis prædixit hoc vaticinium: « Scitote, inquiens, quod iste infans sublimis erit valde et gloriosus, et omnium præcedentium Francorum ducibus major. » Hujus itaque vaticinii veritas nostris probata est temporibus, nec opus est testimoniis assequi, quod totius regni agnoscit auctoritas. Sed namque omnis populus, quibus nobilissimi victor celebratur triumphis, vel quantum terminos nostri [Mab., termini nostri imperii] dilatavit imperii <sup>c</sup>, vel quam devote Christianam in regno suo præparavit religionem, vel qui pro defensione sanctæ Ecclesiæ Dei apud extraneas exercuit gentes. Quæ omnia melius oculis probari quam verbis explicari queunt.

CAP. XXIII [Mab. XXIV]. *Notes ejus et virtutes. Obiit. Sepultus Epternaci. Illustre miraculum.* — Fuit vero iste vir sanctus, omni dignitate præclarus, statura dæcens, vultu honorabilis, facie venustus, corde lætus, consilio sapiens, ore juvenis, moribus compositus, et in omni opere Dei strenuus. Cujus autem patientiæ esset, ex ante dictis ejus gestis ostenditur. Quantam vero habuerit [Mab., vel quantam habuisset] industriam in Evangelio Christi prædicando, vel qualiter illum in opere prædicandi divina adjuverit gratia, non necesse est nos Trevir. tom. I, pag. 23, verosimilior ergo est interpretatio Broweri.

<sup>b</sup> Quod appellatur Esternaco. Hodie Epternacense monasterium, de cujus origine, juribus et acquisitionibus, secularisatione, ac restitutione ad Benedictinos consule illustr. D. ab Hontheim Hist. Trev. t. I.

<sup>c</sup> Nostri imperii. Ex his verbis intelligi posse videtur Alcuinum hanc vitam scripsisse, dum moraretur in Francia.

stro prosequi stylo, quod totius populi testimonio comprobatur. Porro ejus secreta conversatio in vigiliis et orationibus, in jejuniis et psalmodiis, ex vitæ sanctitate et signorum ostensione intelligi datur. Charitatem scilicet assiduus labor ostendit, quem quotidie pro Christi nomine sustinuit. Denique vir sanctus omnibus diebus vitæ suæ in divino proficiens opere, Deo amabilis et omni populo gratus [*Mab.*, placabilis], temporibus Caroli antiqui, fortissimi Francorum ducis, senex et plenus in omni perfectione dierum <sup>a</sup>, appositus est ad patres suos, multiplicem laboris sui fructum accepturus a Deo, sæculum hoc relinquens [*Mab.*, hominem exiit cum sæculo], ut cælum possideret, Christum **192** sine fine in æterna gloria visurus : in ejus dilectione, quandiu nobiscum vixerat, laborare non cessabat. Die septima mensis Novembris, id est, vii Idus [*Mab.*, die sexto Nov. id est viii Idus], ex hac peregrinatione ad perpetuam migravit patriam <sup>b</sup>, et sepultus est in monasterio Epternaco, quod ipse Deo, ut præfati sumus, construxerat. Ibi usque hodie, divina operante misericordia, signa et sanitates ad sancti Dei sacerdotis reliquias fieri non cessant. Ex quibus aliqua huic nostræ de eo historiæ subjicienda esse æstinavimus, in gloriam et laudem Domini nostri Jesu Christi, qui hæc per servi sui patrocinia sæpius operari dignatus est. (*Mab.* CAP. XXV.) Conditum est venerabile corpus in sarcophago marmoreo, qui primum toti Dei famuli corpori quasi dimidio pedis brevior inventus est, fratribus ob hoc valde contristatis, et sæpius tractantibus [*Id.* sæpius suspensis] ubi aptum sancto corpori invenirent locellum. Sed miro modo, divina donante pietate, inventus est subito sarcophagus tanto viri Dei corpori longior, quanto brevior ante apparuit. Et in eo viri Dei corpus cum hymnis psalmodiis et omni honore condentes, sepellicent illud in Ecclesia præfati monasterii, quod ille summus Dei sacerdos in honore sanctæ Trinita-

<sup>a</sup> *Plenus dierum.* Nempe annos octoginta et unum prætergressus, prout ipse Alcuinus scribit infra libro II, seu in Vita metrica cap. 24, ubi ita canit :

Bis octena pius complevit lustra sacerdos  
Ter quater et menses ; me sis jamjamque Novembris  
Idibus octenis curli migravit ad aulam.

Mabilonius ob hæc verba hujus ultimi versus : *Idibus octenis*, corrigendum esse censet hunc locum editionis Quercetani, ubi legitur : *Die septima mensis Novembr. id est, vii Idus*. Ac potius ad fidem librorum mss. legendum : *Die sexto mensis Novembris, id est, viii Idus*. Cui lectioni suffragatur Hrabanus in Martyrologio ; quamvis alii Martyrologi, Wandelbertus, Usuardus, Ado et Martyrologia Romanum et Benedictinum, nec non Kalendaria ecclesiastica S. Willibrordi natalem diem vii Idus Novembres consignent.

<sup>b</sup> *Ad perpetuam migravit patriam.* S. Willibrordus anno ætatis tricesimo tertio, Christi vero 690 in Frisiam trajecit, ut supra dictum est. In Frisia per annos quinquaginta prædicationi operam dedisse certum est ex epist. 97 sancti Bonifacii ad Stephanum papam, ibi : « Qui per 50 annos prædicans, præfatam gentem Fresorum maxima ex parte convertit ad fidem. » Quinquaginta si sexcentis nona-

lis ædificavit et dedicavit. Sed et miri odoris fragrantia omnium perfuderat nares, ut perspicue intelligeretur, ad exsequias viri sancti angelicum venisse ministerium.

CAP. XXIV [*Mab.* XXVI]. *Anima ab angelis in cælum portatur. Miracula ad viri sancti corpus.* — Sed et cuidam religioso sancti viri discipulo longius posito, in oratione vigilantis, obitus illius revelatus est. Nam vidisse se testabatur animam sanctissimi Patris sui cum magna luminis claritate, cum consona canentium laude, ab angelicis exercitiis ad cælorum regna portari. Multi quoque fratrum testati sunt, crebro se super lectulum, in quo beatam animam suo Creatori reddidit, mirabile vidisse lumen, suavissimamque odoris dulcissimi sensisse fragrantiam : ut omnino his signis crederetur, caelestes locum frequentasse [*Mab.*, frequentare] civis, in quo sancta anima migravit ad Dominum [*Mab.*, ad Christum]. (*Mab.* CAP. XXVII.) Per unctionem quoque olei, quod supra corpus sancti lucere solebat, multi infirmi, Deo donante et fidei illorum cooperante, curati sunt. Pœnitentes quoque sæpius ad eandem venientes ecclesiam, circulis ferreis more solito circumdati, ruptis circulis subito, vincula sua resoluta senserunt [*Mab.*, Pœnitentibus, etc., vincula resoluta sunt]. Cujus rei, adhuc in ecclesia circuli pendentes, testes sunt.

**193** CAP. XXV [*Mab.* XXVIII]. *Paralytica sanatur.* — Quædam vero mulier paralytica, septem annis [*Mab.*, pluribus annis] magnis cruciata doloribus, in tantum grassante eadem quotidiana infirmitate afflicta est, ut omni membrorum officio destituta, alieno uteretur ministerio, et in solo tantummodo pectusculo vix anhelans spiritus suspiria fessa retraheret. Hæc a propinquis ad ecclesiam, ubi sanctus Dei requiescit, ferebatur, prope locellum reliquiarum ejus posita. Quæ [*Mab.*, positæque] in eodem loco fusis lacrymis, deprecata est per intercessionem sancti sui famuli, divinam ei misereri clementiam ginta adjiciantur, prodit annus 740, quo proinde annus obitus sancti Willibrordi collocandus est. Mabilonius quidem in notis ad hanc Vitam sancti Willibrordi obitum statuit anno 759, secutus Theofridem abbatem Epternacensem, qui vixit sæc. XI ; hæc tamen suam sententiam correxit tom. II *Annal. Ben.* libr. XXI, num. 64, ubi obitum viri sancti refert ad annum 741 vel antecedentem. Credit vero vir celeberrimus Alcuinum cum sancto Bonifacio non bene convenire : Alcuini enim calculo admissio, ait, non nisi 48 anni ad prædicationem sancti Willibrordi restant ; nam si ab annis ætatis 81 subtrahantur anni ætatis qua venit in Frisiam, scilicet 33, ad prædicationem non restant nisi 48.

Verum nullam hic esse discrepantiam censeo, si ad mentem Alcuini annus trigesimus tertius ætatis, quo in Frisiam venit, computetur cum annis prædicationis ; et annus obitus statuatur annus octuagesimus secundus inceptus aut nondum completus. Sic ergo anni ætatis, quando sanctus Willibrordus in Frisia prædicare cepit triginta duo completi : annus ætatis, quo completus omnino octoginta uno annis obiit, octuagesimus secundus. Subtractis ergo ab anno obitus 82 annis adventus 32, restant anni prædicationis 50. Optime ergo concordat calculus Alcuini cum assertionem sancti Bonifacii.



., ut divina ei suffragaretur clementia] : atque A  
 mino Deo exaudita, moxque ab omni infirmi-  
 liberata, sospes cum gaudio gratias agens Deo,  
 iis pedibus, quæ prius ab alienis portaba-  
 cæcurrit ad domum.

P. XXVI [Mab. xxix]. *Infirmus sanitati restitui-*  
 — Item adolescens quidam infirmus ad corpus  
 pontificis manibus deductus est amicorum, qui  
 intremuit membris. Nec enim caput per se le-  
 potuit, sed quasi collo fixum non esset, huc  
 illuc cadens volvebatur. Nam aliquoties ita  
 mis factus est, ut omnino mortuus videretur.  
 a, ut prædiximus, sui prope corpus sancti viri  
 runt. Sed misericordia Dei donante, omnibus  
 derant cernentibus, ita subito sanus effectus  
 it nihil in eo pristinae infirmitatis vel doloris  
 ui ultra remanserit.

P. XXVII [Mab. xxx]. *Fur sacrilegus detegitur.*  
 idam etiam officio diaconus, et non merito, in  
 sia sancti viri crucem auream, quam vir san-  
 secum in itinere portare solebat, cum aliis de-  
 ecclesiae, infelicissimo non horruit subtrahere  
 ., rapere] furto. Turbati sunt hac re fratres  
 ., turbatis hac de re fratribus], utpote factorem  
 sceleris ignorantes, tunc precibus quidem san-  
 ti confidentes, illud tam nefarium scelus occul-  
 on posse; fraterna tamen pietate hominem ad  
 tentiam revocare nisi sunt, non perdere cupien-  
 lbe vero qui hoc crimen commisit, obdurato  
 ., salutem suam contempsit, sicut impius, di-  
 Salomone, cum in profunditatem malorum ve-  
 contemnit (Prov. xviii, 5). Cogitavit infelix  
 : [posse, quod clam absque oculis aliorum se  
 e sciebat : sed Dei oculum, cui omnia aperta  
 latere] non potuit, qui servorum suorum inju-  
 sapius vindicare non tardat. Nam miser ille,  
 oc perpetrare crimen non abhorruit, misera su-  
 norte arreptus interiit, et in ipso vitæ exitu ali-  
 s fratrum reatus sui crimen ostendit; et ubi  
 disset, quod furto rapuit, indicavit. Videtis,  
 s, quam terribili damnatus iudicio est, qui  
 i Dei Ecclesiam furto violare non timuit. Idcirco  
 ro ut castam in hac habeatis conversationem,  
 nus divina clementia per sancti Clementis viri  
 olici preces in omni petitione honesta vos exau-  
 lignetur, sicut ante diximus illam exaudire pre-  
 nfirmantem in eadem [hac] ecclesia, eosque  
 diu desiderata sanitate domum redire [conces-  
 Nec scilicet dubitandum est, quod veluti visibi-  
 corporeas illorum dignatus est Christus sanare  
 uitates, ita et occultas animarum nostrarum  
 lationes, intercedente pro nobis sancto suo, qui  
 xorporaliter requiescit a, et quem spiritaliter

*Qui hic corpo. aliter requiescit.* Diceres Alcuinum  
 monasterio Esternacensi tum vixisse quasi do-  
 icum. At hæc similiaque verba scribit nomine  
 echorum Esternacensium, qui ea in divinis of-  
 recitaturi erant. Idem dicendum de Homilia  
 ejus sancti natali, auctore Alcuino, recitanda.  
 LL.

præsentem esse credimus, quotidie sanare non ce-  
 sat, si firma fide, et confessione vera cum lacrymis  
 effundimus in loco isto ante conspectum pietatis  
 illius corda nostra, qui pro sua divina clementia pa-  
 ratus est [Mab., præstabilis est] ad ignoscendum,  
 si nos tardi non fuerimus ad deprecandum. Cui laus  
 sit et gloria in sempiterna sæcula.

CAP. XXVIII. *Miraculo vinum augetur inter bi-*  
*bendum.* — Restat nunc de beato Wilgiso, qui fuit  
 hujus sancti viri, ut ante diximus, pater, ut a quo  
 hujus historiae primum capitulum incipit, de eo no-  
 vissimum finiatur. Rediit igitur anniversarius ejus-  
 dem beati Wilgisi sanctæ migrationis dies, in qua  
 pius abba Albertus b successor venerandi archiepi-  
 scopi, post sacratissima missarum solemnias, et hono-  
 norem Deo debitum, cum fratribus epulari et gau-  
 dere aggressus est. Sed in eo monasterio nil plus  
 vini inventum est, 194 quam duo tantummodo  
 flascones, quorum unus prandii hora exhaustus est  
 [Mab., epotatus est], alter in horam cœnæ reserva-  
 tus. Igitur post vespertinam melodiam, pro reveren-  
 tia ejus diei, fratres ad refectorium reversi sunt, et  
 post sacras lectiones præfatus abbas fratres allocutus  
 est, dicens : Decet nos, o venerandi Patres, cum  
 gaudio spiritali venerabilium Patrum nostrorum festi-  
 vos dies celebrare, et aliquanto laxius, solito  
 [forte, soluto] rigore, nostris indulgere corporibus,  
 non luxuriæ, sed charitatis causa. Nequaquam vero  
 vos [Mab., vobis] celassem, si aliquid plus ha-  
 luissem in hoc monasterio, quam hunc solum flasconem,  
 qui nobis hora prandii restabat. Potens est tamen  
 Deus per preces sanctorum suorum hunc eundem  
 nobis abundare facere, illos honorificare, et nos  
 lætificare, et ostendere nobis, licet indignis, suæ  
 pietatis miracula; qui per benedictionem quondam  
 sancti Willibrordi Patris nostri, ex quatuor flasconi-  
 bus quadraginta viros satiare dignatus est. Tantum  
 cum gratiarum actione [Mab., cum gratulatione] in  
 spe bibamus quod habemus. Primo et secundo de  
 eodem flascone omnes biberunt fratres, et inventus  
 est a ministro ita plenus ut ante. Hoc audito, abbas  
 cum fratribus Deo agere gratias satagebat : bibe-  
 runtque, laudantes divinam clementiam [Mab., con-  
 gratulantes divinæ clementiæ] illa nocte cum sobrie-  
 tate et lætitia, quantum voluerunt. O felicem Patrem,  
 qui talem generavit filium, qui tali hærede a Deo  
 dignus habitus est. In quo benedictio illa impletur,  
 quæ in Deuteronomio legitur : *Benedictus tu, et be-  
 nedictus fructus ventris tui (Deut. xviii, 3, 4).* Amen.

#### EJUSDEM ALCUINI HOMILIA,

DE NATALI SANCTI WILLIBRORDI ARCHIE-  
 PISCOPI.

1. *Celebriora sanctorum patrocinia enumerantur.*—

b *Abbas Albertus.* [Al., *Alcbertus*], sancti Willi-  
 brordi in regimine monasterii Esternacensis succes-  
 sor, ad quem exstat diploma Pippini regis apud Bro-  
 werum Annal. Trevir. libr. vii. l. 7.

c *Apud Mabill. : Incipit sermo in natali ejusdem,  
 convenienti populo recitandus.*

Licet per totius orbis Ecclesias conveniat omni populo Christiano sanctorum festa celebrare, victorias laudare [vitam imitari] : et quia in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum, in omni terra consona cunctorum viventium voce laudandi sunt; tamen locis in singulis propter familiaritatem cohabitationis cujuslibet illorum, et propter præsentiam sanctarum reliquiarum, quæ in solatium illis vel illis condonatae sunt habitatoribus, speciali quadam veneratione apud cives suos familiariter honorantur. Igitur Roma urbs, orbis caput, beatorum apostolorum Petri et Pauli specialius quodammodo gloriosissimis lætatur triumphis. Unde ad eandem et gentes et populi, cum devoto pectoris officio, quotidie concurrunt, ut majori quique apud beatos apostolos fidei compunctione, vel sua defleant crimina, vel cœlestis vitæ abundantiori spe, sibi aditum aperiri deposcant. Mediolana olim civitas imperialis sancto Ambrosio gaudet defensore. Alpes Acunumæ [Al., Agaunæ] <sup>a</sup> sanctorum Thebæorum feliciter sanguine, quam [nivali] proceritate exaltantur. Beatius fecunda Pictavia beati Hilarii pontificis reliquiis exultat, quam venditionum et emptionum alteratione, in quibus sæpe versatur iniquitas. Quid te, Turonica civitas, loquar, muris quidem parvula et despectibilis, sed sancti Martini patrociniis magna et laudabilis? Quis propter te adierit te? Nonne propter illius certissima suffragia turbæ ad te conflunt christianorum? Omnia Parisiacæ civitatis suburbana, sancti Dionysii <sup>b</sup>, vel sancti Germaui magnificis jucundantur auxiliis, et festivos illorum dies majori populorum celebrant frequentia. Tota Campania cum populis suis propter Remigium venerabilem prædicatorem, ad Rhemensem festinat urbem, apud eam quasi præsentem patrono sua vota ferentes. Sic divina clementia toti consuluit mundo, dans singulis provinciis vel populis, quo speciali gauderent patrono.

II. *Sancti Willibrordi labores apostolici.* — Nobis vero sanctissimi Willibrordi non infima perdonavit auxilia, sed præclara et gloriosa contulit suffragia. Gaudeamus, dilectissimi fratres, in Domino, et spirituali jucunditate lætemur, qui nobis tam vitæ perdonavit doctorem, **195** justitiæ præceptorem, unanimitatis nostræ auctorem; qui nos in hoc sacratissimum ovile congregavit et pietatis magisterio erudit. Gaudeat et nobiscum omnis populus, qui ad natalitia sanctissimi Patris hodie concurrunt, et vigiliis apostolici viri pia devotione interesse studuit, et in præsentia Domini nostri Jesu Christi, et sanctorum angelorum, et beatissimi pontificis stare satagebant. Nullus, obsecro, dubitet in fide, nec de veniæ largitione hæsitet, nec de piæ petitionis fructu et effectu, qui nobis talem concessit patronum. Illius nos precibus concedit exaudiri, quia

<sup>a</sup> Alpes Acunumæ, id est Penninæ, proximæ Sedunis, in quibus Agaunum monasterium SS. MM. Thebæorum reliquiis decoratum. MAMEL.

<sup>b</sup> Hunc locum notavit Adrianus Valesius, in dis-

A quanto fiducialius deprecamur, tanto citius exaudiemur. Fide enim omnia impetrantur, sicuti hujus viri sanctissimi, cujus hodie festum celebramus diem, certissima ante oculos habemus exempla, qui mox ab infantia sua, per fidem Deo placere contendit. Nam patriam, cognationem et amicos, fervente fide, pro amore Dei dereliquit, terrena contempsit, ut cœlestia acquireret. Idcirco magnum laboris sui fructum invenit, et multas populorum turbas ad Christum convertit : et plurimos paganorum ab erroris iniquitate avertit, et divina cooperante gratia, filios iræ, filios fecit esse misericordiæ. Inferna conclusit. cœlum aperit, plurimas peragravit gentes, ut omnes in viam veritatis adduceret : nec sibi ipsi pepercit; populos adivit feroceas, si forte purpureas martyrii coronas inveniret : quem Deus ob multorum servavit salutem, quatenus majori prædicationis gloria honoraretur, quam si solus martyrio coronaretur. In pace quievit, quia in spe laboravit. Vitam invenit æternam, quia temporalem reliquit; nol. is ablatns, angelis sociatus.

III. *Patrocinium sancti Willibrordi. Gloria.* — O beatissime Christi sacerdos, ne nos derelinquas laborantes in terris, sed precibus tuis de cœlis adjuvare non cesses. Vita tua apud homines semper probata fuit pro Deo : sint preces tuæ apud Deum semper intentæ pro hominibus. Meditatio tua fuit in lege Domini die ac nocte : ideo sicut palma floruit in domo Domini. Sicut cedrus Libani multiplicasti filios tuos, qui ad te tota mentis intentione clamant : tu illos pia intercessione adjuvare digneris. Sentiamus tuum nobis clementissime [adess.] auxilium, qui tuis devotissime instamus officiis. O felix anima, quæ sæculi labores dereliquisti, et cœlestem cum multiplicis sudoris tui fructu requiem intrasti; talenta tibi commissa multiplicasti, præmia promissa accepisti! In pauca fidelis fuisti in terris, supra multa constitutus gloriaris in cœlis. Gaudia Domini Dei tui, quæ semper optasti, semper habere cœpisti. Te continuis, o Pater, prosequimur laudibus, tu nobis assiduis auxiliare precibus. Credimus te in præsentia Domini Dei tui omnia posse impetrare, quæ poscis; dum tanta potuisti in præsentia nostra per ejus gratiam efficere miracula. Tu modo civis angelorum, tu socius sanctorum, tu lætus cum illis canticum novum cantabis : *Sicut audivimus, ita et vidimus (Psal. XLVII, 9). Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæculum sæculi laudabunt te (Psal. LXXXIII, 5). Et, Videbitur Deus deorum in Sion (Ibid. 8).* Cujus beata visio plena est felicitas, sicut ipsa Veritas in Evangelio testatur dicens : *Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum (Joan. XIV, 21).* In cujus dulcissima dilectione iste sanctus vixit in mundo, ideo in ejus aspectu lætatur in cœlo.

ceptione De basilicis cap. 8 adversus Joan. Lannouium, qui basilicam S. Dionysii tumulo illustrem intra muros urbis Parisiacæ primitus conditam fuisse affirmabat. Id.

IV. *Imitandus a nobis.* — Videte, fratres charissimi, quanta gloria est Deum sequi. Iste pro amore Christi patriam contempsit, peregrinationem elegit, divitias sæculi parvi pendebat, paupertatem voluntarie amavit. Et cognovimus, qualem honorem postea habuit inter homines, sed melior est gloria, quam æternaliter possidet inter angelos. Hujus sanctissimi doctoris nos exempla de ignaviæ torpore suscitent, ut quod in illo prædicamus, impleamus in nobis. Agones illius laboris laudamus, vias nostras in ve-

stigia ejus corrigamus : quatenus qui sanctitatis ejus sequimur exempla, beatitudinis sortiamur et præmia, per eum, qui illum coronavit, et nos adjuvabit, Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in gloria sempiterna. Amen.

*Explicit liber primus, prosaico gradiens sermone, de vita, ac virtutibus, obituque sancti Willibrordi archiepiscopi.*

## LIBER SECUNDUS,

QUEM ALCUINUS METRO STUDENS COMPOSUIT.

### 196-197 PRÆFATIO.

Ecce tuis parvi votis, venerande sacerdos,  
Cor quia de vero fervet amore mihi.  
Pontificis magni Willibrordi et præsulis almi  
[Percurrens titulis inclyta gesta citis.]  
Sit licet inferior, strepitans cum murmure rauco,  
Illius egregiis sermo meus meritis :  
Protulit ad templum Christi, Willibrorde sacerdos,  
Nostra fides vestrum parva minuta tamen.  
Quæ rogo suscipias clementer, mente benigna,  
Criminibusque meis posce, precor, veniam.  
Non sunt digna tuis meritis mea munera, præsul,  
Qui regnas summi dives in arce poli :  
Ni pius in templo Deus æra minuta ferentem  
Laudasset viduam, quæ sua vota dedit.  
Æra minuta duo diversi ponderis ista,  
Sancte Pater supplex in tua templa fero.  
Sed prius hæc [Al., æs] retinet planis numisma fi-  
[guris,  
Posterior sed jam Pierium rutilat.  
Sunt qui in lege sacra pilos pellesque caprarum  
Ad pia tecta Dei ferre jubentur onus.  
Non tamen hos sperni jussit lex sancta Tonantis,  
Sed grate accipere mens pia quæ tulerit.  
Sic non magniloquas quæris Pater optime, gazas  
[Al., grates],  
Sed vero calidum pectus amore meum.

### INCIPIT NARRATIO.

#### CAPUT PRIMUM.

*Quod beatus Willibrordus de Britannia vel Hibernia Franciam venisset.*

Venerat occiduis quidam de finibus orbis,  
Vir virtute potens, divino plenus amore,  
Ore sagax, et mente vigil, et fervidus actu,  
Ad te, temporibus Pippini, Francia felix ;  
Quem tibi jam genuit secunda Britannia mater,  
Doctaque nutritivi studii sed Hibernia sacris,  
Nomine Willibrordus, meritis vivacibus almus :  
Qui peregrina petens Domini deductus amore,  
Semina perpetuæ cupiens cœlestia vitæ  
Spargere, qua rarus fuerat prius accola verbi.

PATROL. CI.

B Quem mox Pippinus Francorum rector honestus  
Suscepit, atque illum sitientia rura rigare  
Per loca mandavit jam singula, rore superno,  
Auxiliisque Dei famulum firmavit honestis.

#### CAPUT II.

*Qualiter idem vir Dei in opere prædicandi profecisset.*

Ille Deo plenus, lumen de lumine Christo,  
Jam quascunque piis peragravit gressibus urbes,  
Vel castella, casas, vel compita, semper ubique  
Sparsit evangelicæ radios per pectora lucis.  
Multorum donec fidei pia flamma reluxit,  
Ex nox cæca procul illa decessit ab urbe [Mab.,  
[illo... orbe],  
Quotidieque ruunt idolorum fana profana,  
Et populi Christus resonabat in ore fidelis.

C

#### CAPUT III.

*Quomodo Pippinus, dux Francorum, eundem famulum Christi Romam direxisset, ut archiepiscopus ordinaretur.*

Crescere Pippinus dum viderat inclytus auctor  
Ecclesiam Christi, fidei et venerabile donum,  
Congaudens nimium tali doctore salutis,  
Ac melius ratus, citius se mittere Romam  
Præcipuum fidei præconem, quatenus illum  
Pastor apostolicus firmaret in ordine primo,  
Esset ut Ecclesiæ præsul, summusque sacerdos.

#### CAPUT IV.

*Quod beatissimo apostolico Sergio papæ in visione ostendebatur, B. Willibrordum Romam venisse, et ut cum omni honore illum debuisset suscipere.*

D

Pontificalis apex, Petro dignissimus hæres,  
Sanctus apostolicam tenuit tunc Sergius aulam,  
Vir bonus et prudens, nulli pietate secundus,  
Ante diem quartam facta est cui visio nocte,  
Quam vir venisset Romam præclarus ad illum.  
Angelus e cœlo veniens prædixerat illi :  
Ecce Deo charus, properat hanc hospes ad urbem  
A duce Francorum missus sub munere largo.  
Hunc tu mente pia saltem tractare memento,  
Et mox pontificem summo sacrabis honore.  
A te quæ cupiet, capiat quoque dona sacerdos.  
Iste Deo sociat populorum millia multa.  
Angelus his dictis cœli remeavit ad aulam.

23

## CAPUT V.

*Quomodo illum idem beatus papa honorifice tractavit, et ordinato nomen imposuit Clemens, et donis ditasset.*

Annuit angelicis monitis mox papa beatus,  
Atque Dei famulum tractavit mente benigna.  
Ut fuerat jussus, compleverat omnia promptus,  
Pontificemque illum magno sacravit honore,  
Nomine Clementem patria [Mab., patrio] jussitque  
[vocari,

Et quæcunque petit sanctus sibi, tradidit illi,  
Plurima sanctorum præstans ei dona piorum.

## CAPUT VI.

*Quod vir Dei remeavit in Franciam, et instanter cunctis Evangelium Christi prædicavit.*

His actis Domini famulus remeavit ad orbem  
Francorum, veniens firmatus munere summo  
Et totus gaudens, populus tunc accipit illum,  
Flumina melliflua cupiens haurire salutis :  
Quæ Pater egregius cunctis impenderat ultro,  
Rore rigans supero cunctorum pectora Christi,  
Et quocunque pius veniebat forte sacerdos,  
Auxiliante Deo fructus carpebat amœnos.  
[Catholicæ fidei donec impleverat urbes  
Agnitione Dei, villas, atque oppida, rura.]

## CAPUT VII.

*Quod Fresonibus et Danis prædicare tentabat*

Nec his contentus Francorum finibus, ultra  
Spargere sed tentans divini semina verbi,  
Gentibus antiquo captis errore Fresonum,  
Vel Danis, multum populo per sæcla feroci,  
Quos tunc haud potuit (reges quia forte scelestos  
Illi habuere quidem) ad fidei convertere donum.

## CAPUT VIII.

*Quod aliquos baptizavit ex illis in via, et aliquid signorum faciens reversus est Franciam.*

Sed Deus omnipotens animas donaverat illi.  
Gentibus ex ipsis aliquas, et mira peregit  
Perque suum servum quædam : qui in pace reversus  
Ad populum Domini spectans regionibus istis  
Janua perpetuæ, Christo pendente, salutis  
Dum esset aperta piis monitis, sed semper ubique  
Firmabat cunctos ; Pippinus tempora vitæ  
Præsentis complens, Carolo sua regna relinquit.

## CAPUT IX

*Quod Carolus, Francorum dux, gentem Fresonum sibi subiecit.*

Qui mox nobiliter regales rexit habenas,  
Amplificans fines, gentes superando triumphis  
Externas, etiam bello vicitque Fresones,  
Et ferrata super illos carpenta subegit,  
De manibus tulerat horum quoque frena tributi.

<sup>a</sup> Id est, *monasteria*, Mabill. et Ducange Gloss. infim. Latin.

<sup>b</sup> *Idoli custos*. Licentia poetica mediæ latinitatis dux syllabæ priores in voce *idoli* corripuntur, cum produci debeant : sicut etiam Prudentius et Walafridus Strabo correpta secunda *idola* dixerunt. Sed et alia multa in Alcuini, aliorumque illius ævi scrip-

## A

## CAPUT X.

*Quod Willibrordus Fresonibus prædicare reversus est, eosque ad fidem Christi convertit.*

Tunc vir evangelicus remeans Willibrordus et illis  
Verba ferens vitæ, sacro et baptismate tinxit,  
Quos fidei donis primo sacer imbuat almis,  
Et lux orta fuit residenti mortis in umbra  
Jamque diu populo ; verus sol Christus ubique  
Eluxit, subito tenebris cedentibus atris.

## CAPUT XI.

*Quod ei sedes episcopalis in Trajecto castello data est, et quod per loca presbyteros disposuit.*

Tunc data pontifici est Trajecto sedes in urbe,  
Et gens tota simul Fresonum subditur illi,  
Disceret ut magno fidei documenta ministro.

**B** Mox constructa Deo vigerunt templa perenni,  
Per loca sunt positi et doctores multa fideles,  
Qui regerent populum, vitæ qui verba docerent,  
Qui baptisma darent, cœli qui pane cibarent ;  
Ne plebs esuriens a se jejuna rediret,  
Sed cunctis Christus potus, cibus esset abundans.

## 198 CAPUT XII.

*Quod devotissime verbum Dei per omnia loca prædicare festinabat.*

Hoc opus hoc fuerat præclaro præsule semper,  
Plurima quod ferret animarum lucra Tonanti,  
Et Domino ad servos remeantu occurreret ultro,  
Multiplicata ferens manibus utrisque talenta.  
Circuit idcirco vigil hoc tutamine mandras <sup>a</sup>,  
Nominibus meritis ut Christi augetur ovile,  
**C** Et quocunque pius perrexit præco salutis,  
Gratia celsithroni semper prævenit euntem,  
Effectum tribuens factis verbisque docentis.

## CAPUT XIII.

*Quod non omnia quæ idem pontifex fecit, versu enarranda essent.*

Plurima perque suum fecit miracula servum,  
Quæ nunc non libuit versu percurrere cuncta :  
Sed strictim quædam properanti tangere plectro,  
Et gestis titulos paucis præfigere musis,  
Ad prosamque meum lectorem mittere primam,  
Illic inveniet jam plenius omnia gesta,  
Pontificis magni studium, documenta inagistri,  
Progeniem, vitam, mores, mentesque benignas  
[Mab., mentemque benignam].

**D** Devotumque Deo semper cor omnibus horis,  
Legibus in sacris meditans noctesque diesque.

## CAPUT XIV.

*Quod confringenti famulo Dei [Mab., Quod confringens famulus Dei] sanum quoddam, gladio a quodam (ædili) in caput percussus, sed Deo defendente nil læsuræ ictu ferientis sensit.*

Ecce Deo charus præsul jam tempore quodam  
Tentabat perse quoddam confringere sanum,  
Hoc cernens idoli custos <sup>b</sup>, succensus in ira,

torum carminibus occurrunt castigatione digna,  
si ad severioris prosodiæ leges omnia revocare  
velis. Huc spectat observatio Scaligeri in lib. II  
Ausonii, cap. 21 : « Habebant, inquit, peculiare  
Latini poetæ, ut non solum Græcas declinationes  
in Græcis negligenter, sed et quantitatem ita ever-  
terent, ut accentu illam tantum metirentur . »

Pontificisque caput gladio percussit acuto.  
Sed vir præcipuus nec sensit, nec leve vulnus.  
Quem voluere sui comites occidere statim :  
Hunc tamen eripuit mitis de mortē sacerdos.  
Qui luit arreptus miseras mox tenuo pœnas,  
Postque dies ternas vitam finivit amaram.  
Sicque suos sanctos Christus ulciscitur ultro.

## CAPUT XV.

*Qod quidam, qui serro Dei maledixerat, die postera perit.*

Egit iter quondam venerandus forte viator.  
Quia se per segetes propior jam semita duxit  
Cum sociis etiam, tenuit quas dives avarus :  
Cui segetum custos callem prohibere volebat,  
Plurima conclamans sancto convitia verbis,  
Nec non augebat factis opprobria diris.  
Qui divertit iter, qua se via publica monstrat :  
Mox perit infelix elusor luce secunda,  
Tam quia non timuit seruo maledicere Christi.

## CAPUT XVI.

*Qualiter fontem orando de arida tellure produzerit.*

Dum divina pius cœlestis semina vitæ  
Spargere per multas properaverat accola terras,  
Pervenit qua nil steriles nisi gignit arenas.  
Infecunda soli species prope littora ponti,  
Qua nec dulcis aquæ inventa est sitientibus unda.  
Vir cupiens sanctus sociis succurrere fessis,  
Jusserat ut facerent intra tectoria [Mab., tentoria]  
[fossam.

Quo facto, præsul solum se clauserat intus,  
Et genibus fixis lacrymas fundebat amaras  
Ante Deum, dulcem quo mox meruere sed undam,  
Produxit subito fontem prius arida tellus,  
De quo potabant socii secumque ferebant,  
Indiguit quantum steriles via cœpta per agros.

## CAPUT XVII.

*Quomodo ex ejus benedictione flascona vini in duodecim pauperes sufficeret.*

Occurrere Dei famulo ter forte quaterni  
Panniculis miseri vestiti, et panis egeni,  
Quos pius ut vidit, motus pietate sacerdos ;  
Ferte meam, dixit, flasconem, ferte ministri,  
Et miscete viris illam : benedictio Christi  
Sufficere in totos faciat largissime [Mab., largissima]  
[credo.

Turba bibebat ovans quantum sibi quisque volebat,  
Flasco tamen fuerat meliori plena falerno.

## CAPUT XVIII.

*Item qualiter ex ejus benedictione vinum in cupa crederet.*

Venerat ad quamdam cellam venerabilis hospes.  
Omnibus Ecclesiæ rebus jam rite peractis  
Fratribus et solito mandata more salute,  
Omnia perspicuens sacræ sedilia cellæ.  
Ingrediens etiam sociis cellaria paucis,  
In qua sola parum vini vix tunna tenebat,

A Quam Christi famulus baculo benedixit honesto,  
Quem manibus semper sanctus portare solebat.  
Nocte sequente merum sed mox, mirabile dictu !  
Solus in æde manens servator crescere vidit,  
Donec mellifluo completa est nectare tunna.  
Hoc lactus retulit venerando Patre silente [Mab., si-  
[lenter].

Cui pius antistes dederat præcepta tacendi,  
Usque diem mortis, nolens sibi quærere laudem.

## CAPUT XIX.

*Item qualiter ex benedictione ejusdem viri Dei quadraginta viri ex quatuor flasconibus modicis bibissent usque ad satietatem.*

Vir fuit in populo largus pro gentibus hospes,  
B Sæpius hospitium cujus intrare solebat  
Egregius præsul, partes dum venit in illas.  
Ecce die quadam veniens, nil præsciens ejus  
Vir fuit adventus ; qua propter pocula vini  
Non habuit charo veniente repente magistro.  
Hoc Pater agnoscens, jussit sibi ferre quaternas,  
Per loca quas pueri secum portare solebant,  
Flascones pariter modicas, benedixit et inquit :  
Nunc miscete quidem nobis, benedictio Christi  
Augebit vinum, credo, pietate benigna.  
Sic fuit et factum, jam bis simul ecce viceni  
Namque fuere viri convivæ, vina bibentes.  
Sufficit his Christi per donum potio cunctis.

## CAPUT XX.

C *De quodam protervo divite, qui cum famulo Dei biberere renuit, et post volens, non potuit, donec ab eo absolutus esset.*

Lassus iter Domini famulus faciebat amatum,  
Imbribus æthereis cupiens sata lata rigare.  
Prata pius præsul cujusdam divitis intrat  
Cum sociis modicum lassus requiescere tempus.  
Cedere cœpit equos virgis, et abigere pratis.  
Quem pius alloquitur blando sermone sacerdos :  
Desine, quæso, tuis nos nunc depellere pratis,  
Sed magis ad nostras epulas conviva venito,  
Et bibe nobiscum, simus quoque semper amici.  
Respondit dives furiosa mente superbus :  
Nolo tuas epulas, tecum potare recuso.  
Mox rapuit præsul verbum de voce loquentis :  
D Si potare negas mecum modo, non bibe, quæso.  
His dictis Domini famulus perrexerat ultro,  
Atque domum dives propriam repedavit iniquus :  
Quem sitis inflammat nimio fervore repente ;  
Qui miscere furens famulos sibi vina rogabat,  
Accipiens calicem, sed nil sorbere valebat.  
Ardebat sitiens stomachus, sed pocula Bacchi  
Respuit, et totus flammis ardebat anhelis.  
Nec valuit quisquam medicus relevare laborem,  
Donec ipse miser culpam cognovit iniquam,  
Atque Dei famuli ex dicto tormenta luisset.  
Optabat reditum quapropter præsulis almi.  
Venerat ipse senex, alter dum venerat annus.  
Cui miser occurrit, pœnam confessus amaram,  
Cui pius indulsit quidquid commiserat in se,

**199** Atque manu propria potum porrexerat ipse.  
Qui mox sanatus, fastidia longa relinquens,  
Accipiens calicem pleno se proluit ore.

## CAPUT XXI.

*Quomodo in Treveris civitate orando pestem imminentem ab ancillis Christi amovisset.*

Est antiqua, potens muris et turribus ampla  
Urbs Treveris, nec non sacris circumdata cellis,  
In quibus unatim populorum turba piorum  
Laudibus invigilant Domini, nocteque dieque.  
Has inter fuerat sacrarum cella sororum,  
Quas subito nimium quassavit pestis acerba,  
Ex vita hac rapuit per quam mors ultima multas;  
Semineces quædam longo jacuere dolore;  
Terror mortis erat nimius, sed et omnibus idem.  
Spes fuit in famulo Christi, vocatus et ille  
Cum lacrymis citius fessis succurrere rebus.  
At pius ille Pater complevit vota sororum  
Adveniens, illas jam nec spes alma fefellit,  
Sed precibus sancti mox pestis acerba recessit,  
Et Domino laudem reddunt pro sospite vita.

## CAPUT XXII.

*Quod totam domum ejusdem patrisfamilias a durissima dæmonis tentatione liberaret [Mab., liberasset].*

Tecta domus patris cujusdam tempore multo  
Sæpius incursu vexantur dæmonis atri,  
Spiritus et variis diris terroribus illam  
Torquebat, vano nec jam phantasmate tantum;  
Sed nocuit multum manifestis publice gestis,  
Multoties manibus raptas vestesque, cibosque  
Injiciens flammis; infantem nocte jacentem  
Amplexus inter tulerat vis dira parentum,  
Visus in ardentem plorantem mittere pyram,  
Sed vix ereptus manibus de morte suorum.  
Hanc pestem nullus potuit sanare sacerdos,  
Donec ipse Dei famulus a patre rogatus  
Hanc precibus pestem sanctis purgavit, et illi  
Nomine sub Christi benedictam miserat undam.  
Præscius et rerum præsul prædixerat illi,  
Quod domus illa vetus flammis ab hoste fuisset  
Consumenda prius: ne te, rogo, terreat iguis,  
Construis optatæ melius tibi tecta salutis,  
Quæ munire cito benedicto fonte memento.  
Post donantē Deo serpentis peste carebis,  
Et tua tota domus tecum gaudebit amata.  
Omnia mox patris complentur in ordine dicta,  
Ex hinc nulla domum tetigit tentatio talis,  
Sed bene securus mansit habitator in illa.

## CAPUT XXIII.

*Quod vir Dei Caroli ducis Francorum filium Pippinum baptizavit, et futurum ei prædixerat regnum.*

Iste Dei sanctus prædixerat ante futura,  
Quæ post eventus rerum modo vera probabat.  
Namque ducis Caroli Pippinum nomine natum  
Ut Pater optavit sacro baptismate tinxit,  
De quo discipulis prædixit talia vates:  
Omnibus iste aliis fuerit sublimior infans

A Francorum ducibus, quos sæcula longa tulerunt.  
Hic reget imperium felix feliciter istud,  
Dilatans fines magnis hinc inde triumphis.  
Non opus est nostris illud monstrare Camœnis,  
Quod toto veris celebratur in orbe loquelis.

## CAPUT XXIV.

*De moribus et de obitu sancti Patris.*

Vir fuit iste Dei, patiens, moderatus, honestus,  
Moribus egregius, et in omni strenuus actu,  
Corde pius, humili mitis, rigidusque superbo,  
Solator miseris, et inops sibi, dives egenis.  
Qui postquam vitæ meritis perfectus in annis,  
Bis octena pius complevit lustra sacerdos,  
Ter quater et menses, mensis jam jamque Novem-  
[bris.

B Idibus octenis, cœli migravit ad aulam,  
Cœtibus angelicis junctus, cœlestibus hymnis  
Collaudans Christum semper sine fine beatus.

## CAPUT XXV.

*Quod fratres Patrem sepelientes in sarcophagum, quod brevius fuerat corpori ejus, subito ad aptam mensuram protelatur.*

Quem fratres studio curarunt condere sancto  
Psalmodiis, hymnis, magno cum laudis honore.  
Sarcophagum brevius fuerat sed corpore Patris,  
In quo tunc fratres voluerunt condere corpus.  
Effecti nimium tristes, mirabile dictu!  
Ecce repente lapis se protelare locelli  
Cœpit, et ad formam se aptavit corporis almi.

C

## CAPUT XXVI.

*Et quod miri odoris fragrantia totam asperserit ecclesiam.*

Inter et exsequias miri fragrantia odoris  
Ambrosio ecclesiam perfundit nectare totam,  
Perspicue angelicam monstrans venisse catervam  
Ad Patris officium lætis concentibus almi.

## CAPUT XXVII.

*Quod Deo operante signa hucusque soleant fieri, ubi sanctus vir corpore requiescit.*

Iste Pater sanctus, pastor, patriarcha, sacerdos,  
In propria pausat felix Asternaco cella,  
In laudem Domini, quam jam construxerat ipse  
In qua signa Deus faciet nunc usque salutis.

D Ex olei tactu multi sanantur ægroti,  
Quod solet ad corpus magni lucere patroni.  
Vincula rumpuntur per se properantibus illuc,  
Qui sua cum lacrymis veniunt mala crimina flere  
Et læti redeunt, Christo donante, soluti.

## CAPUT XXVIII.

*Quod lumen sæpe cernitur supra lectulum ubi sanctus Willibrordus obiit.*

Inque loco sancti, quo stant sacra lectula, Patris,  
Sæpius ætherium lumen venisse videtur,  
Hic quia pontificis linquens ergastula carnis  
Spiritus astra petit meritis vivacibus alta,  
Cum Christo et sanctis fruiturus luce perenni,  
Quod lux demonstrat, crebro quoque cernitur istæ.

## CAPUT XXIX.

*Quod ibi quoque miri odoris fragrantia per vices sentitur.*

In quo multoties cœlesti nectare dulcis  
Fragrat odor, vere pigmento dulcior omni.  
Testibus a multis fieri quæ vera probantur,  
Quorum vita fidem certabat casta relatu.  
Quam requiem speras animam habuisse beatam,  
Talia dum terris per sanctas signa geruntur  
Reliquias, tanti meritis dignissima patris?  
Qui nostris poterit precibus relevare dolores,  
Si jam corde pio lacrymas effundimus illic,  
Quo Pater egregius sacratio corpore pausat.

## CAPUT XXX.

*Quod quædam mulier paralytica ad sancti viri corpus orans subito sanata est.*

Interea mulier totis paralytica membris,  
Continuis semper septenis languit annis,  
Talia nec valuit quidquam sibi membra movere.  
Ultima vix moriens suspiria corde trahebat,  
Ante Dei sancti corpus portata jacebat,  
Effundens lacrymas fessa cum voce tepentes.  
Sola fides viguit, posse sperare salutem  
Per famulum Christi : nec se spes ipsa fefellit.  
Ecce repente salus leviter per membra cucurrit,  
Igneus atque color venas afflavit apertas,  
Ossibus et nervis virtus redit inclyta cunctis.  
Surrexit mulier toto mox corpore sospes,  
Atque domum propriis gaudens se currere plantis,  
Quæ prius alterius languens portatur ab ulnis.

## CAPUT XXXI.

*Quod quidam juvenis a pessimo languore sanatus est ad ejus corpus.*

Et quidam juvenis valido languore per annos  
Heu! multos doluit : nervi vix ossibus hærent,  
Intremuere simul vexati corporis artus.  
Ceum caput avulsum vidisses vertice summo,  
Sic huc, sic illic dextra lævaque rotatum :  
Sæpe etiam jacuit multam moriturus in horam.  
Iste miser talis fidei cum pectore firmo  
Venit in ecclesiam, manibus deductus amicis,  
In qua pontificis magni pia membra quiescunt,  
Proque salute sua lacrymas fundebat amaras.  
Quem mox audivit miserantis gratia Christi,  
Et rediviva salus per membra recurrit ubique.  
Convaluitque viro nervorum flexilis ordo,  
**200** Irrepat [*Al.*, repit] ossa vigor totis virtusque  
[medullis.

Astanti populo cunctis cernentibus ille est  
Incolumis subito factus, ac robore fortis  
Perrexit sanus, quo se sua vota ferebant :  
Omnipotentem Deo grates ob dona salutis  
Semper agens Christo, Christo laus, gloria semper.

<sup>a</sup> Sic corrigit Mabill. priores editiones, in quibus corruptissime legebatur : *Intrans Humbrana nobis*

A

## CAPUT XXXII.

*De quodam diacono, qui misera morte periit propter furtum quod fecerat in ecclesia viri Dei.*

Altaris juvenis corrupta mente minister,  
Clam rapuit quædam sancti donaria templi.  
Tollitur ac sævo quædam crux aurea furto,  
Quam Christi famulus secum portare solebat,  
Dum pius egit iter, Christo comitante, viator,  
Reliquies propter multas quas condidit in illa.  
Mox tormenta luit sceleris præsumptor iniquus :  
Ultio consequitur peccatum justa nefandum,  
Et perit infelix crudeli peste peremptus.  
Mortis in articulo pandit tamen impia furta,  
Et quo, quæ tulerat, latuissent omnia monstrat.  
Quo pereunte tremor crevit cum laudibus ingens  
B Fratribus et populo, cernentes omnia, Christo,  
Quæque sui servi fuerant, servante tueri.

## EJUSDEM ALCUINI ELEGIA,

DE S. WILGISO PARENTE S. WILLIBRORDI.

## CAPUT XXXIII.

*De Wilgiso patre Willibrordi episcopi, et ejus honesta vita in sæculari habitu.*

Nobilis iste fuit magna de gente sacerdos,  
Sed magnis multo nobilior meritis.  
Ut dudum cecini, secunda Britannia mater,  
Patria Scottorum, clara magistra fuit.  
Francia sed felix rapuit, veneratur, habebat,  
Illius atque hodie membra sepulta tenet.  
Hunc Wilgils genuit proprio pater inclytus ævo :  
Vir sanctus, sapiens, ac pietate probus  
De quo versifico liceat me ludere plectro,  
Lector, ut agnoscas qualis et ipse fuit;  
Et de qua sancta generis radice parentum  
Iste Dei famulus progenitus fuerit.  
Vir fuit in populo dignus cognomine Wilgils  
In trans-Humbrana nobile gente degens <sup>a</sup>  
Moribus egregiis populo peramabilis omni,  
Vita fuit cui cum conjugæ casta satis;  
Quæ jam mente pia fuerat subjecta marito,  
Ut quondam proprio Sara viro fuerat.

## CAPUT XXXIV.

*Et quomodo uxor ejus somnia vidisset, et qualiter illa sæculum dimisisset, et quod in solitaria vita conseruisset, et ubi corpore requiescat.*

D Hæc, revelante <sup>b</sup> Deo, cernebat mente futura  
In stratis recubans, somnia vera videns.  
Namque novam sese lunam vidisse putabat,  
Cornibus erectis, ut solet esse nova.  
Crescere, paulatimque implere et cornua cœpit,  
Donec ei pleno lumen in orbe micat.  
Illius hæc subito sorbentis in ore ruebat,  
Viscera perradians luce micante sibi  
Evigilans somno mulier hæc mente retractat,  
Quid sibi quod cernit significare queat :  
Atque sacerdoti cuidam hæc omnia pandit,  
Cujus in Ecclesia vita probata fuit.

*de gente degens. Uticensis codex : In Trans-Humbrana gente degens valida.*

<sup>b</sup> Mab., *revelante.*

Hæc ubi pensabat prædictus corde sacerdos,  
 Conjicit ex rebus visa superna novis.  
 Respondit tandem mulieri talia vates,  
 Inspirante Deo, famine veridico :  
 Tu mulier lunam vidisti crescere parvam,  
 Et tota impleri cornua luce nova.  
 Illa nocte viro forsann commixta fuisti,  
 Quæ generas toto lumen in orbe novum.  
 Parvulus ex utero, mulier, tibi nascitur infans,  
 Qui meritis magnus crescit honorificis.  
 Iste erit eximius doctor, præsulque futurus,  
 Splendescet nostro lucifer orbe novus.  
 Et quos cæca prius populos caligo tenebat,  
 Irradiat summi luce poli supera.  
 Omnia vatidici complentur in ordine dicta,  
 Et rerum eventus somnia vera probat.  
 Nascitur atque puer matri, et baptismate loto  
 Imposuit Willbrord nomen habere pater.  
 Cujus vita, fides, mores, doctrina, Camœnis  
 Olim quippe fuit prætitulatus eis.  
 Mox pater egregius linquens mala gaudia mundi,  
 Et servire Deo, mente, manu, cupiens :  
 Cœlestem rapiens tota dulcedine vitam,  
 Et se cœnobia tradidit ipse sacro.  
 Fratribus adjunctus vixit sine crimine frater,  
 Jam patiens, humilis, promptus in omne bonum  
 Posthæc mente sacer famulus majora secutus,  
 Theoricam cupiens solus adire viam  
 Incipit, undisoni inter promontoria ponti,  
 Qua loca reperiens congrua corde suo :  
 In quibus ætherios possit decerpere flores  
 Et mundi curis liber abesse malis :  
 Totius hic solus transegit tempora vitæ,  
 Nocte die magnis proficiens meritis.  
 Plurima perpressus serpentis bella nefandi,  
 Qui solet in sanctos arma movere sua.

• Mab., *Concessit famulo clara trophæa suo.*

A Sed Deus omnipotens sanctos qui jure triumphat,  
 Trophea concessit clara suo famulo •.  
 Efficit et quædam miserantis gratia Christi,  
 Per famulum vere signa stupenda suum  
 Nec decuit modio abscondi tam clara lucerna,  
 Nec thalamos subter subjicienda fuit.  
 Sed ponenda magis super vestigia tecti,  
 Spargeret ut lucem altius illa piam.  
 Quæ tamen haud libuit currenti tangere plectro,  
 Incluta vel musis signa aperire meis.  
 Sufficit hocque tamen [vitam] cognoscere patris,  
 Quod placet altithrono semper ubique magis.  
 Vita Dei famuli multis exempla salutis  
 Præbuit, et testis pectoris omnis erat.  
 Huic famulo Christi reges famulantur, et illum  
 B Per patriam populus totus amore colit.  
 Vir fuit iste Dei patiens, moderatus, honestus,  
 Moribus egregius, mitis et ore pius.  
 Plurima qui postquam perfecto dona labore  
 Commeruit, Christo perficiente sibi :  
 Mox meritis, annis, tota et pietate repletus,  
 Tranquilla tandem in pace quievit ovans.  
 Spiritus ætheriam lætus migravit ad aulam,  
 Gaudia cum sanctis jam sine fine tenens.  
 Corpus in ecclesia curarunt condere fratres,  
 Quæ constructa maris stat prope littoribus ;  
 Atque sacrata Dei genitrix clarissima Christi  
 Nomine fulgescit, Virgo Maria, tuo :  
 In quo te nostris bene credimus esse futuram  
 Auxilio precibus, semper honore potens.  
 C Tu mundi vitam, totis tu gaudia seclis,  
 Tu regem cœli, tu Dominum atque Deum  
 Ventris in hospitio genuisti, virgo perennis :  
 Tu nobis precibus auxiliare tuis.  
 Carmiger indoctus cecinit hos Alcuine versus,  
 Cui, rogo, quisque legas, dic, miserere Deus.

## BEATI FLACCI ALBINI

SEU

## ALCUINI

CAROLI MAGNI MAGISTRI

## OPERUM PARS SEXTA. --- CARMINA.

### 201 MONITUM PRÆVIUM.

Quæ hic exhibemus beati Alcuini Carmina, varii D loco cl<sup>mus</sup> D. Catelinot in suo ms.) Trojæ Incendia, generis sunt, nimirum Inscriptiones, Epigrammata, non Argonautas, non aprinum caput : non celebrem Epitaphia, Ænigmata, Salutationes et his similia. Herculem aut Ulysem, uti Homerus; non Æneam, Non canit quidem poeta noster (ita præfabatur hoc uti Virgilius; non bella gesta que fortia antiquorum